HERBERTUS CLARAEVALLENSIS. LIBER MIRACULORUM S. IOHANNIS BAPTISTAE
u. a. Stams, 13. Jh. (T. I 13. Jh. und T. II um 1300) Seite 66r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Quidam de opilionibus clare De conuerso qui uidit ad caulas de
uallis Guihardus nomine frater bonus mones et nichil nocere potuerunt.
et religiosus cum esset aliquando ad caulas uigilans et custodiens uigili
as noctis super gregem suum factum est in aere magna commotio turbinum
et pugna uentorum. Tunc quoque tonitrua crebra concrepantia terribiliter un
dique mugiebant et copiose lampades in celo choruscabant. Predi
ctus itaque frater surgens et signo crucis frequenter se muniens nomen
domini crebrius inuocabat et sanctorum omnium suffragia supplicatur implora
bat. Cum ergo staret ad orationem cepit audire strepitum et uociferatio
nem quasi exercitus ingentis ad partes illas cursu rapido uenientis.
quanto amplius appropinquabant tanto uoces eorum clarius resonabant.
In quibus non solum hominum clamores clangores ue audiebantur sed
insuper diuersi generis ferarum monstrorumque rugitus et uoces terribiles
in esse deprehendebantur. Cum ergo usque ad caulas ouium cum tanto
strepitu peruenissent intrare non potuerunt sed diuisis agminibus
hinc inde celeriter transeuntes nichil ei penitus nocuerunt. Verumtamen
duo ex eis statura enormes ac fuligine nigriores ad fratrem oran
tem diuerterunt. Cumque paululum coram eo substitissent unus ex eis lo
cutus est ad alterum dicens. Ve dyabolus uos deducit et ipse modo hic
uos uenire fecit. An non satis dixeram uobis quia non licet uobis
transire per bonum. His itaque dictis quasi pene nigro lapsu perniciter abi
erunt. Et cum paululum processissent omnes tenebrarum incole unanimi
cum eis euanuerunt. Hanc autem uisionem frater ipse qui uidit subtestifi